

ICANNES MAYERVS ABBAS ROCKENBURGENSIS.



Ohannes natus est in Suevia ex Bremaco uilla Vrspergensi cœnobio uicina, anno 1481. Is à teneris annis operam literis dedit, atq; literarum fundamenta feliciter posuit. Postea uerò ut commodius pietati & studijs incumberet, Rockenburgē se monasterium accessit, & Præmonstratensium ordinem suscepit. Situm est illud in Suevia duobus milliaribus ab Vlma, dimidio uerò ab oppido Fuggarorum Vueyssenhorn, ubi fundatum & ædificari coeptum anno Christi 1126 à Bertholdo, Sifrido, & Conrado fratribus, & comitibus à Bibreck. In eo loco cum Ioannes diu modestè uixisset, atq; multis uirtutibus ornatus esset, Anno 1529

omnium uotis abbas eligitur. Tum autem monasterij ædificia partim bellorum cladibus, partim uetusitate collapsa præclare refecit, atq; celebrē ibi schoolam instituit. Hoc modo cum per 16 annos optimē præfuisset, tandem 1543, ætatis uerò 62 obiit, & cum tali Epigraphē sepultus fuit.